







J. N. D. N. I. C.

DISPUTATIO JURIDICA INAUGURALIS.

DE

QUARTIS

QUAM

SOLO ÆTERNI NUMINIS FULTUS PRÆSIDIO

EX

AUTHORITATE MAGNIFICI DN. RECTORIS

DN. JACOBI GUSSETII

Professoris in Illustri Groningæ & Omlandiæ Academia S. S. Theologiam, Philosophiam & Hellenismum docentis, Celeberrimi.

NEC NON

Amplissimi Senatus Academici Unanimi Consensu & Nobilissimæ

FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro ritè consequendis in Utroque Iure LICENTIATUS & si Lubuerit DOCTORATUS summis honoribus.

Ad constitutum diem XV. July in Choro Templi Academici publice defendendam suscipit

CASPAR WILHELM von FORELL Orsoy. Clivens.

GRONINGÆ,
Typis JOHANNIS LENS, Typographi & Bibliopolæ, 1696.

VIRO

NOBILISSIMO, AMPLISSIMO, ATQUE CONSULTISSIMO

DN. GOTHOFREDO WILHELMO RAAB JCto, Augusti Electoris Brandenburgici Consiliario, Prætori in Moylandt & Till, Quæstori in Calcar, &c. Fautori, Patrono atque Avunculo suo ad extremum usque vitæ halitum suspiciendo.

ITEM

NOBILISSIMO, AMPLISSIMO, CONSULTISSIMO VIRO,

DN. ALEXANDRO ARNOLDO PAGENSTECHERO JCto,

In Illustri Groningæ & Omlandiæ Academia Antecessori, Publicique Juris Professori Ordinario; longe Celeberrimo, Professori meo unico & Promotori profunda Reverentiâ & Amore nunquam non Colendo,

Exercitium hoc Juridicum Inaugurale
Eoquo decet animo,

D. D. D.

CASPAR WILHELM von FORELL.

J. N. D. N. I. C.

DISPUTATIO JURIDICA INAUGURALIS.

DE

QUARTIS,

DEliberanti, quam materiam disputationi meæ Inaugurali seligerem, cum multæ ejusdem usus, ejusdemque occurerent, indaginis, tandem de *Quartis* disserere easque Deo Duce & Comite ad incudem vocare placuit: ubi obviam mihi se obtulit illico quarta Divi Pii. De hac ergo esto.

CAPUT I.

QUarta ergò ex consistitut. D. est quæ impuberi arrogatò relinquenda. Dico *impuberi* quia Impubes olim arrogari non poterat, quia non videbatur fas tantam dari tutori auctoritatem, ut caput liberum suæ fidei comissum alieni juris faceret: postea tamen permissum, prævia cognitione, quâ inquiritur, quæ sint pupilli facultates, & quæ ejus, qui vult adrogare, cujus sit vitæ, liberos an habeat, causa honesta & utilis pupillo subsit *l.* 17. §-

2. & 3. *ff. de Adopt. & Emanc.* debet etiam arrogator eo casu cavere, datis fidejussoribus, (cautio debet fieri personæ publicæ, olim servo publico *l.* 15. *ff. h.* postea tabulario *l.* 3. *C. de tabular. scrib. D. Hub. prælect. h. t.* super restituendis pupilli bonis proximis, si contingat eum ante pubertatem decedere *l.* 18. & *seq. d. t.* ex ratione, ne in horum detrimentum cedat adrogatio. Dico *ante pubertatem*; nam eo moriente pubere, bona arrogatori cedunt, in detrimentum quidem proximorum, sed non tam proximo adrogatoris facto, quam adrogati, qui pubes factus adrogationem non improbando, uti poterat, eam approbasse videtur. Præterea adrogator non aliter exheredare aut emancipare ad rogatum potest, quàm ex causa legitima: aliàs præter bona, quæ attulit, & quorum commodum ejus nomine adrogatori quæsitum, etiam quartam omnium bonorum suorum relinquere ei tenetut §. §. 3. *I. h. L.* 22. *ff. eod. l.* 8. §. 15. *π. de inoff.* Dixi *quartam partem omnium bonorum*, & non tantum quartam legitimam, seu quartam suæ portionis. Textus enim illi mitate loquitur, ut etiam sine limitatione sit intelligendus §. 3. *I. h. l.* 22. *D. eod. arg. l.* 43. *ff. de Usufr. Lyclam. Membra.* 6. *Eclog.* 5. *Bacchov. ad Treutl. vol.* 1. *disp.* 2. *thes.* 9. *sub litt. E. Zoes. D. de Adopt. n.* 11. Sane hæc quarta plerumque & est quarta omnium bonorum, & portionis ab intestato, solent enim arrogati in domo paterna soli esse, cum his qui liberos habent vel habere possunt, non facile permittatur adoptio *l.* 15. §. 3. *l.* 17. §. 3. *de adopt.* Et hinc cum leges ferantur de casibus qui ut plurimum non qui perraro accidunt *l.* 3. 4. 5. 6. *ff. de legib.* textus absolute loquuntur de quarta bonorum, quia ut plurimum omnia bona debentur arrogatis ab intestato §. 3. *I. h. l. ult. Si quid in fraud. patron. l.* 22. §. 1. *ff. h.* Si tamen Arrogatorem contingat, plures habere aut suscipere liberos, non est ab iis recedendum, qui censent hanc quartam esse portionis ab intestato debitæ, & non omnium bonorum; absurdum enim, arrogatos liberalius quam naturales liberos haberi, quibus certum est, exheredatis quartam intestati tantum deberi *l.* 8 §. 8. *de inoffic. testam.* quæ tamen & quarta bonorum dicitur *l.* 6. *C. eod.* ut sic etiam applicari possit indistincta locutio in *d.* §. 3. *l.* 22. §. 1. Vinn. Comm. *ad d.* §. 3. *Zoes. eod. t. n.* 11. Persequitur hanc quartam post emancipationem condictione ex lege: in casu exheredationis post obitum patris utili familiæ exci-

scundæ

ſcundæ judicio *l.* 8. §. 15. *de inoff. teſtam. junct. l. un. de condict. ex leg.* l. 2. §. 1. *famil. erciſc. Struv. Exercit.* 3. *th.* 66. *Lauterb. Colleg.* §. 8. *ad Tit. de Adopt. & Emancip.* Jure Noviſſimo arrogatum teſtamentum paternum nullum dicere poſſe credo, propter *Nov.* 115. *c.* 3. & ſecundum caſum quem vide in *A*phoriſm. Juſtin. 1. *aph.* 55. *ab Excellentiſſimo D. A. A. Pagenſtechero* præceptore meo unico propoſitum. Quæritur hic an hæc quarta etiam aucta ſit *Nov.* 18. *c.* 1.? Negat Mynſing. ſed argumentis parum ſolidis. *A*it, quartam eorum duntaxat *d. Nov.* auctam dici, qnibus antea querela inofficioſi teſtamenti competebat: adrogato autem non competiſſe. *d. l.* 8. §. 15. *de inoff. teſt.* In quo fallitur. Nam certe ante D. Pii Conſtitutionem non minus arrogato impuberi, quam cœteris querela competiit: Divus autem Pius non minuit jus arrogati, ſed auxit, ut ei querela jamnon ſit neceſſaria, ſed proprio& meliori jure quartam ſibi debitam obtinere poſſit *d. l.*8. §. 15. Quod adjicit Mynſing. in correctonis nullam extenſionem admittendam eſſe, quamvis parratio ſubſit, aut etiam major, verum non eſt, præterquam in iis conſtitutionibus, quæ à ratione juris & æquitatis recedunt: qua de re, qui volet, conſulat *D. Præf. Everh. in topic. loc.* 79. Itaque verior mihi videtur eorum ſententia, qui hanc etiam quartam auctam eſſe cenſent, ne pupillo noceat, quod in favorem & commodum ejus conſtitutum eſt *D. Bachovius, poſt Porc. & alios hic.* Dicitur *relinquenda*: ut innuatur quartam illam patris teſtamento non poſſe adimi l. 22. *ff. h. t.* l. 8. §. 15. *π. de inoff. teſtam. Berlich. p.* 3. *Concluſ.* 9. *n.* 3. Cœterum Arrogationem & Adoptionem ab uſu receſſiſſe putant *Vinn. ad. pr. I. h. t. & Gudelin.* l. 1. *c.* 4. quod forſan ad loca Inferioris Germaniæ reſtringendum ut putat *Lauterb. Colleg. h. t.* §. XI. Cave tamen, adoptionem abrogatam dicas. Quis neſcit Ferdinandum II. à Matthia Auguſto adoptatum fuiſſe? Cui Latet Margarethæ, Daniæ, Sueciæ, & Norwegiæ Reginæ adoptio cujus commoda Ericus Pomeraniæ Dux gaviſus eſt? *Ampliſſimus Vir A. A. Pagenſtecher ICtus celeberrimus Iuriſque publici privatique Profeſſ. Ord. Doctor meus Nitidiſſimus à me dum ſuccus & ſanguis meos regunt artus colendus, venerandus in Aphor. Iuſt. Lib.* 1. *Aph.* 58. *vid. tamem D. Hub. præl. ad Inſt. h.* qui & de Friſia teſtatur.

CAPUT II.

Sequatur nunc *Quarta Falcidia.* Videamus 1. de origen Legis Falcidiæ 2. Quando competat. 3. Quibus 4. Casus quibus cessat?

Hæc Lex Falcidia à plebe Romana interrogante P. Falcidio Tribuno plebis, tempore Augusti Lata, unde & nomen sortita est *anno ab V. 714. uti ex Dione* aliisque *tradit Anton. August. de LL. & SCtis. p. 61.* qua cavetur ne ultra dodrantem testator leget, sed quartam partem heredi relinquat *pr. I. h. t. Struv. Exerc. 36. th. 2. Lauterb. Comp. h. t.* Obtinuit igitur Falcidia primum in legatis testamento relectis *l. 1. pr. ff. h.* Producta deinde ad fidei commissa per SCtum Pegasianum *l. 2. C. h.* ut & ad Legata ab intestato, præstanda per D. Pium *l. 18. h. l. 10. C. eod.* ad donationes mortis causa *i. 5. C. h. l. I. C. de donat. mort. caus. Gudel. de jur. Noviss. cap. 11. Vinn. in Comm. ad pr. I. h. t. n. 8. Berlich. p. 3. Conclus. 1. n. 52. Giphan. ad Instit. h. t. n. 13.* ob similitudinem, quia effectu legatis sunt similes, non habentes sui firmitatem ante mortem donantis *pr. I. de donat.* ut ex bonis defuncti videantur erogari. In mortis causâ capionibus locum non habet, ex ratione *l. 8. ff. si quis om. caus. testam. l. 54. ff. de C. & D. l. 36. ff. de donat. mort. c.* quatenus specialiter sumuntur pro iis, quæ dantur conditionis implendæ causâ. Cujus ratio in eo posita est, quòd non tam ab ipso testatore proficiscantur quàm occasione mortis ejus capiantur *l. 1. §. 8. l. 93. h.* nisi tamen in fraudem beneficii Falcidiæ quis alteri conditionis implendæ causâ dare sit jussus secundem speciem in *l. penult. C. h. Lauterb. Comp. p. m. 528. Struv. eod. Th. 2. Paul. Voet. ad Inst. h. n. 2. Wissenb. disp. 26. n. 52.* In donationibus inter vivos, cùm continuò habeant suam firmitatem, ut legatis neutiquam conveniant, detractio ista locum sibi vindicare nequit §. 2. *I. de donat. l. 27. de mort. caus. don. Nisi* tales celebratæ sint inter vivos donationes, quæ non statim, sed morte demum confirmentur; qualis est inter virum & nxorem facta donatio alium casum vid. apud *Berlich. p. 3. Conclus. 1 n. 30. D. Hub. Præl. ad Inst. h. t. Vinn. in Comment. ad pr. I. h. t. 8,* & *Berlich. d. l. n. 57. l. 12. C. h. l. 23. C. eodem: Lauterb. d. l. Voet.* add. *l. 25. C. de donati inter vir. & uxor.* dubitatum est, An habeat locum in fidei commissis, non universalibus, quia certum est in

iis

iis esse locum S. C. Trebelliano, non legi Falcidiæ, sed particularibus? Affirmativa aliquibus probatur per *l. 2. C. h. t.* Ubi dicitur Falcidia habere locum adversus omnes, pro modo legatorum. 2. per *l. 12. h.* ubi dicitur in donationibus habere locum, quando funguntur vice fidei commissorum, 3. Quod legata particularia sint ad æquata fidei commissis, & contra, ut quod in uno obtinet etiam in alio debeat valere. 4. Quod Trebellianica habeat locum in fidei commissis universalibus §. 4. *l. de fidei commiss. hered.* 5. Adducitur l. *Filiusfam.* 18. *h. l.* ubi falcidiâ porrectâ ad fideicommissa codicillis relicta; verius est non detrahi de fideicommissis particularibus, ex sui origine, cùm tantùm restringat legata testamento relicta, non etiam fideicommissa, quæ tempore, quo lata lex Falcidia, non erant in usu, nec vim habebant; quæ demùm per Augustum accessit, ut habetur *pr. l. de fideicommis. hered.* ut non possit ad fideicommissa pertinere, cùm leges non disponant super incognitis. Facit, quod tempore Neronis fidei commissa fuerint libera ab omni detractione *d. §. 4. l. de fideic. hered.* quæ demùm inducta per S. C. Pegasianum tempore Vespasiani, §. 5. *l. d. t.* ubi textus habet, eandem retentionem esse permissam ex rebus singulis per fidei commissum relictis, sc. per Pegasianum, ut ibi interpretatur Glossa Ang. & Cujac. *in Notis, & ad d. l. 18. lib. 11. Quæst. Pauli* Licet autem quoad origenem non spectet ad fidei commissa, est tamen eò porrecta per Pegasianum, uti & ad alia per Beverum, *l. 5. C. h. t.* & per divum Pium *d. l.* 18. Ut non obstet argumentum primum, secundum, & quintum. Non obstat etiam tertium, quia ista adæquatio tantùm procedit quoad effectum, Non etiam quoad modum, ut salva maneat omninò origo. Nihil etiam facit quartum quia Trebellianica etiam habet locum in particularibus cùm tota vis Pegasiani, quod loquebatur etiam de particularibus, cùm tota vis Pegasiani, quod loquebatur etiam de particularibus transfusa sit in Trebellianum, *d. §. 5. l. de fideic. hered.* Hic jam occurrit gravis controversia, an ex donatione mortis causâ omnium bonorum Falcidia detrahi possit? Et dicunt quidam quod non *per text. expr. in l. 93. in med. vers. nam in centum ff.* ad L. Falcid. Contrarium tamen Longè verius est, *per textus expressos & inevitabiles* in l. 77. *§. 1. ff. de Leg. 2. l. 1. §. 5. ff. quod legator in L. si mortis causâ 5. l.* in *donationibus* 12. *l.* 18. *vers. si enim cum mortis causâ C. ad L. Falcid. l. 2. sub fin. C. de mort. causâ donat.* Ratio est, quia hereditas codicillis

cillis, vel donatione causâ mortis directo jure dari non potest, sed ab heredibus ab intestato bona sunt percipienda; Ideoque meritò illis quarta Falcidiæ pro hoc labore, & officio debetur. *Berlich. p. 3. Conclus. 1. n. 38. & seqq.* Videamus pro porro quibus hujus quartæ deductio competit ubi Nota (1) Competit quartæ deductio soli heredi à quo relictum est *l. 71. h.* etiam ab intestato *l. 18. pr. h.* dico *deductio*, quæ ideo inventa, ut institutus heres eo quasi præmio aliceretur ad adeundam hereditam, & testamentum confirmandum, quia alias irritum foret, cujus rei periculum non est in cæteris, quibus aliquid testamento relictum, unde & heredum principaliter gratia Legem istam latam ait. J. C. in *l. 71. h. t.* (quod hodie magis obtinet postquam legatariis ipsis facultas ad eundi data est vid. D. Pagenstech. irner. coit. 21. *Wissenb. Disp. 26. n. 54. in f. Nov. 1. c. 1.*) & legatarios, fideicommissarios legis istius beneficio non uti *l. 47. h. t. Paul. Voet. h. t. in Comment. ad Instit. n. 5. Perez. Cod. h. n.* 4. sive particulares, sive universales: est enim & in his eadem ratio, cùm aditâ semel heroditate testamentum sit confirmatum ut patet ex *l. 1. in f. ad. S. C. Trebell.* Quæ res patitur duplicem ex-exceptionem 1. Si suspectam coactus heres hereditatem restituerit fideicommissario: neque enim hic cogetur præstare legata, nisi cum diminutione ea, cum qua heres præstitisset cujus locum omninò subit, actionibus omnibus in se translatis. Deinde non debet fieri melior conditio legatariorum; ex eo, quòd suspécta sit adita hereditas, & hoc, quatenus poterat, heres deducere: nam si fideicommissarius fuerit quid rogatus restituere non detrahet, quod habeatur quasi à legatario relictum, *l. 63. §. 11. ad S. C. Trebell. Lauterb. Comp. ff. p. m. 527. in f.* 11. Quando heres rogatus est restituere hereditatem Titio, eo quoque rogato restituere, poterit hic detrahere quartam si primus heres in gratiam fideicommissarii eam non detraxerit. Nisi tamen & ipse fidei commissarius rogatus sit totam hereditatem restituere, *l. 1. §. 19. ad S. C. Trebell. Lauterb. d. l.* Nam licet primo heredi de jure antiquo non potuerit prohiberi deductiò poterat tamen fideicommissario isto in casu deductio prohiberi, etiam tacitè, cùm lex communiter ipsi non permittat deductionem, ex ratione jam dicta. Non obst. l. 32. §. *fin. h. t.* (2) Nota in deductione quartæ Falcidiæ quantitatem patrimonii qualis ea fuit tempore mortis testatoris inspici: Lucrum damnumve quod postea accedit, heredem spectare *vid. §. 2. l. 2. aph. 159. Struv. h. t. th. 4.* Illa quantitas

titas

titas autem ut ſit certa, ſunt deducenda 1. æs alienum id eſt, id omne, cujus præſtandi neceſſitate defunctus obſtrictus fuit *l. 54. h.* Sed & æris alieni loco habetur, ſi quid eſt, cujus præſtandi cauſa mortuo teſtatore ante aditam hereditatem nata eſt, tanquam contractum ab hereditate *l. 39. eod.* Illud quæſitum circa hanc deductionem, an etiam heres, quod ſibi à defuncto debetur, detrahere poſſet ratio dubitationis eſt, quippe cum aditione hereditatis obligatio confundatur, atque ita fiat, ut quod prius ei debebatur, deberi deſinat *l. 75. l. 95. §. 2. de ſolut.* Reſp. nihilominus deduci poſſe. *l. 6. C. h. t.* idque ob hanc proculdubio cauſam, quoniam ratione legis Falcidiæ, cum de æſtimatione patrimonii agitur, mortis tempus ſpectatur, *Wiſſenb. diſp. 26. n. 54.* quo tempore nondum eſt ulla actionum confuſio. Hodiè hoc amplius à Juſtiniano tributum heredi, qui inventarium confecit, ut nec adita hereditate actiones ejus confundantur, ſed ut *ſimilem cum aliis creditoribus per omnia habeat fortunam* l. *ult. §. 9. C. de jur. delib. vid. Lib. 2. aph. 143. Lauterb. p. 528. lit. B. l. 66. §. 1. add. l. 6. C. h. §. ult. l. eod.* 2. Funebres impenſæ *l. pen. de rel. & ſumt. fun.* 3. pretia ſervorum manumiſſorum §. 3. *h, l. 36. l. 39. h.* l. 6. l. 7. l. 14. l. 8. 16. *C. h. t. Vinn. in Comment. ad* §. 3. *Ph. D. Hub. in præl. ad Inſt. h. n. 7.* Item quicquid hereditatis adeundæ causâ eſt erogatum l. *ult. §. 9. C. de jur. delib.* 4. Illa, quæ legatorum nomine à coherede accepit heres l. 91. *ff. h.* (3) Imputantur enim tantum in quartam ea, quæ judicio teſtatoris ad heredem pervenerunt, non ſimpliciter ſed jure hereditario, & tanquam ad heredem, non etiam quæ alio jure l. 74. *h. t.* ubi non ſolùm inſpicitur, quid præſenti tempore ſit penes heredem ex hereditate, ſed & quod penes eum erit. Hinc legata, quæ non capiuntur à legatariis, ut in hereditate manentia imputanda ſint l. 76. *in fin. h. t.* quòd apud heredem hereditario jure reſidere videantur. Unde inquit Celſus in l. 50. *h. t.* non eſſe dubium, quin ea legata, à quibus heres ſubmovere petitionem poteſt exceptione, in quartam imputentur, nec cætera legata minuant, ex ratione, quam ſubjunxit proxima l. 51, quòd non interſit, utrum ab initio quaſi inutile fuerit, an ex accedenti poſtea in eum caſum pervenerit legatum, ut actio denegetur. Videamus nunc remedia eam *quartam* conſequendi: Conſequitur heres quartam (1) Rei vindicatione l. 26. *pr. ff.* l. 73. §. *ult ff. h.* l. 10. *in f. C. h.* l. *p. C. eod.* (2) jure retentionis deducit, ſi ipſe poſſideat. l. 15. §. 1. *ff. h.* l. 10. l. 18. *C. eod.*

eod. Struv. h. th. 5. Paul. Voet. in Comment. ad §. 1. *h. I. n.* 3. Plura qui vult, is adeat *Lauterb. Comp. d.* l. *in lit. A.* Nunc ultimò restant Casus quibus Falcidia cessat, iique respectu aut testatoris aut heredis aut rei legatæ considerantur. Intuitu testatoris. 1. si ille sit miles, casu quo privilegio testandi gaudet l. 7. l. 12. *C. h. t.* l. 17. l. 49. l. 92. *in fin. ff. eod. Wissenb. Disp.* 26. *n.* 51. II. Si testatur vivus heredi æquivalentem quartæ summam repræsentaverit, hoc est in antecessum præstiterit l. 56. §. *ult. h. t. Hub. Prælect. ad Instit. h. t.* 2. *aph.* 159. Denique III. si prohibuerit Quartam; Tunc enim qui institutus est, hereditatem aut repudiare aut solida legata præstare debet. *Nov.* 1. *cap.* 2. *in fin. Voet. d. l. ad pr. n.* 5. *auth. sed cum testator C. h. t.* Qua in re recessum à jure Veteri quo detractationis prohibitio non erat concessa testatori, l. 15. §. 4. *h. t.* ex ratione, quòd esset juris communis præceptum detrahendi, cui obviare nequit privatus l. 55. *de leg.* 1. Ratio corrigendi juris Veteris in eo sita est, quòd rata & in violata sit servanda testatoris voluntas *Nov.* 1. §. *sive vero expressim*, ubi dicitur esse viva legis dispositio, ut, quæ sunt disposita à morientibus, impleantur. Non obstat, quod ejusmodi immutatio faciat rem ad antiquum statum deduci, & ultimas voluntates interdicere, nullo adire volente: nam huic malo subvenit Justinianus in casu recusantis heredis adire admittendo substitutos, legatarios, fideipommissarios, venientes ab intestato, & fiscum, & hoc, ut salventur relicta. Debet autem ista prohibitio fieri verbis expressis, cum id desideret *d. Auth. sed cum testator C. h. Nov.* 1. *C.* 2. §. 2. legi enim corrigenti quæ desiderat aliquid *expressim* fieri, non fit satis, nisi singularibus verbis exprimatur *arg.* l. 22. *Leg.* 3. Menoch. 1. *Præsumpt. c.* 45. *n.* 15. *Sarmient. Select. Interp. lib.* 2. *cap.* 7. *n.* 11. Lauterb. h. t. in *J. Berger. Resolut. Leg. eod. quæst.* 1. *Vinn. d.* l. *n. ult. Struv. h. t. th.* 6. Giphan. *ad Inst. Disp.* 22. *n.* 7. *Gudel. de jur. Noviss. cap.* 11. *n.* 8. Expressim quin censeatur facta prohibitio per verba *Nolo detrahat Falcidiam*, *Volo ut re certa sit contentus*, *Ultra non petas*, non est dubitandum. *Diss. Berlich. p.* 3. *Conclus.* 1. *n.* 72. 73. *Bach. ad Treutl. v.* 2. *D.* 14. *th.* 5. *Lit. B. propter* l. 32. *de LL. Nov.* 119. *cap.* 11. *Barthol. de Hucio f.* 439. *n.* 4. Respectu heredis I. Omissio inventarii *Nov.* 1. *c.* 2. §. 2. l. *ult.* §. 12. *C. de jur. delib. Vinn. in Comment. h. in f. D. Hub. Prælect. h. t.* II. *Si* promiserit se Falcidia non usurum l. *f. C. h. Voet. in Comment. ad Inst. h. n.* 5. III. Cessat

sat præterea facto heredis, si scienter integra legata solverit, *l.* 1. *C. h. t.* dico *scienter* non ignorantia dabit repetitionem, quatenus est facti, quæ probabilis, non etiam si fuerit Juris, quæ quia improbabilis repetitionem impedit, uti rescriptum l. 9. *C. h. t.* & responsum *in* l. *p. de jur. & fact. ignor.* l. 68. §. *ult. ad SC. Trebellia.* l. *Error. C. h. Gudelin. d.* l. *n.* 9. 10. *Paul. Voet. d.* l. quòd illa voluntatem auferat, non hæc. Imo & jure Novissimo si quis solvere cœperit uni aut pluribus legata integra sciens bonorum quantitatem, tenetur leliqua solvere *Nov.* 1. *c.* 3. *Lauterb. ff. h.* Vinn. *d.* l. quasi videatur agnovisse voluntatem, & sibi præjudicasse quoad Falcidiam. Qua in re recessum à jure antiquo, quo tantum commodo Falcidiæ carebat in iis, quæ solverat l. 15. §. *non idcirco &* l. 16. *ff. h. t.* ubi qui partem solvit, non cogitur ad reliquorum exsolutionem, nisi deducta Falcidia. *Struv. ff. h. th.* 6. IV. Si renuat implere voluntatem, aut intra annum post admonitionem judicis negligat exequi jussa testatoris, meretur enim hæc ejus contumacia Falcidiæ punitionem *d. N.* 1. *C.* 1. §. 1. *Gudel. d.* l. *n.* 11. V*oet. d.* l. Respectu rerum legatarum, cessat Lex Falcidia (1.) in rebus alienari prohibitis *Nov.* 119. *C.* 2. V*inn. Hub. Lauterbach. dd.* ll. (2) in doto prælegata à marito uxori, quod mulier suum recipere videatur l. 81. §. 1. *h. t.* l. 1. §. 12. *de dot. præleg.* necessariò enim erat reddenda etiam non prælegata. Ejus quoque ordinis sunt empta, parata uxoris causa *d.* l. 81. *in fin.* cum & ista non tam per mortem viri accedere videantur, quàm causa ejus acquisita, ob destinationem l. 49. §. 3. *de leg.* 3. Instrumenta quoque dotis, quæ post mortem mulieris marito cessura, si marito ab uxore legentur, non patiuntur detractionem l. *si prædiorum C. h. t.* cum instrumenta nihil utilitatis adferant marito, nisi quòd conferant ad probationem (3) in rebus ad pias causas relictis *Nov.* 131. *C.* 12. *Struv. ff. h. th.* 6. *Hub. in prælect. ad Inst. h. n. ult. Gudelin. de jur. Noviss. Lib.* 2 *c.* 11. *n.* 12. Sume casum: Titius 4000. inbonis habens, 3000. Legat Sempronio: 1000. pauperibus. Hoc casu Sempronius integros hababit 3000. Heres nihil: utpote cum 1000. qui pauperibus relicti sunt ipsi in quartam Falcidiam imputentur. Contra ubi Titius illos 1000. non in pauperes erogavit sed ad illorum pretium servos ex. gr. manumisit: hoc jam casu de reliquis 3000.

Sempronio legatis, heres detrahet quartam ad 750. §. *ult. l. h.* Sunt qui *d. Nov. C,* 12. ad heredem moratorem restringunt *Vinn. P. Voet. dd.* ll. *Zoes. ff. h. t. n.* 45. *Sand.* l. 4. *t.* 7. *defin.* 10. *Fachin.* l. 5. *contr. c.* 17. *Schot Exam. jurid. ff. h. t.* Sed malè, Textus enim loquitur indistinctè quoad abrogationem legis Falcidiæ: sive moras nectat heres in iis præstandis, sive in continenti relicta legatariis præstet. Hic notari velim, priores *d. c. N.* versiculos nempe *vers. si autem heres* & vers. *si autem legatum* non loqui de herede moratore, sed de illo demum sermonem fieri versiculo tertio, nimirum vers. *si autem distulerit Gudelin. d.* l. *Struv. Hub. Lauterb. dd.* ll. *Wesemb. ff. h. n.* 8. *& ita* sentit CL. *D. A. A. Pagenst. in Aphorism. Iustin. Lib.* 2. *aph.* 160. *in Sicilim. suis ad Schutz. Lauterb. ad ff. M.* 1. *n.* 88. (4) in legato libertatis. Plura qui cupit ratione quartæ, quibus casibus cessat is adeat *D. Hub. Vinn. Lauterb. Schot. P.* Voet. *Struv. Aphor. dd.* ll.

CAP. III.

DE QUARTA TREBELLIANICA.

SUccedit Quarta Trebellianica, quam heres universalis restituere rogatus ex fideicommissis de trahit, dico *universalis* qui etiam talis est si pars hereditatis relinquitur §. 2. 5. *I. de fidei com. hered. & ad* SC. *Treb.* Sententia SCti trebelliani ita, ut nunc est, reformati & aucti tribus constat capitibus *vid.* §. 7. l. *eod.* (qui §. exhibet novam Justiniani constitutionem, quæ alibi non exstat alias tales habes §. *f. I. qu.* ex *caus. man. uon lic.* §. 10. *I. de testam.* §. *ult. de satisd.*) Primum caput SCti vult, heredem (*fiduciarium* vocamus ex l. 46. *&* 67. *in f. ff. h. t.* l. 10. §. 1. *de reb. cred.* interim *sufficit*, si simpliciter heres appelletur §. 3. *h.*) detrahere posse de fidei commissis quartam, scilicet ne gravatus ob nullum vel exiguum detrectet adire hereditatem, & sic intestatum faciat patremfam. Detractio ista heredi quidem permissa, non etiam fideicommissario à quo iterum fideicommissum relictum est l. 22. §. *f. h.* l. 78. §. 11. *h.* l. 47. §. 1. *ad. L. Falcid.*

l. 1.

l. 1. §. 19. *ff. h. t. P. Voet. ad.* §. *Inst. 7. h. n. 2. Struv. ff. h. th.* 29. quia in eo dicta ratio cessat, cum jam sit adita hereditas l. 55. §. 2. ibi: *semel adit. ff. h.* & si nolit eam aliter recipere, parum spectet ad testatorum, cujus hereditas est adita. Fallit tamen hoc in eo fiduciario qui coactus adiit et restituit, tunc enim fidei commissarius partem, quam potuit heres deducere, deducit, quia utitur jure hereditatis l. 2. *&* 3. §. 1. *h. t.* Fallit etiam, si in gratiam fidei commissarii, non detractâ quartâ, integram hereditatem heres restituerit; nam & tunc fidei commissarius quartam detrahet l. 1. §. 19. *h. t. Voet. d.* l. *Struv. Lauterb. ff. h. t. in O. Carpz. defin. Forens. p. 3. const. 1. def.* 14. Contra cum plures heredes instituti sunt, singulis deductio quartæ de fidei commissis concedi debet, cum singuli heredes sint §. 8. *I. h.* quemadmodum simile circa deductionem, de legatis locum obtinet §. 1. *I. de Leg. falcid.* Cum autem ratio quartæ Falcidiæ (sub qua Trebellianica, ut hodie *arg.* §. 7. *ibi: omnem & quasi ex Trebell. h.* audit, comprehenditur l. 41. §. 3. *de vulg. & pupill.* l 10. l. 30. §. 7. l. 47. §. 1. *ad L. Falcid.* &c. *Giphan. ad Instit. lib. 2. disp. 22. n. 9.*) non ponatur nisi deducto prius ære alieno §. *ult. I. de L. Falcid.* sequitur hanc quartam deduci posse præter legitimam cum legitima quasi alienum aliqnod æs sit, l. 8. § 15. *de inoff. testam. Nov. 39. c.* 1. l. 6. *C. ad SC. Trebell.* Consentit jus Canonicum *cap. Rainutius c. Reinaldus* x. *de testament Fachin. 5. cont. 2. De Schot. Exam. Iur. ff. h. Nobil. D. Pagenst. in Aphor. Iustin. Lib. 2. n.* 164. *adde ejusdem Irner. Injur. vap. Coit.* 13. §. 8. *Diss. Gudel. de jur. Nov.* l. 2. *C.* 11. *Lauterb. ff. h. t. in O.* Vinn. *in Comm. ad* §. 3. *I. Struv. ff. h. Böckelm. de differ. jur. Civ. can. & hodiern. c.* 32. *n.* 22. Diss. Opp. Atqui duæ causæ lucrativæ in eundem hominem & eandem causam non possunt concurrere §. 6. *I. de leg.* Resp. Successio filii non est causa mere lucrativa, quoad patrem, qui tenetur filio relinquere legitimam sine ullo onere l. 30. 32. *C. de inoff. testam.* nec etiam Trebellianica pro mero lucro censeri poterit, quia ex necessitate legis debetur §. 7. *I. h,* Imputantur in quartam Trebellianicam non tantum ea, quæ jure hereditariô, sed & ea, quæ quovis alio jure sive legati sive præ ceptionis ex judicio, vel voluntate testatoris heres præcipit l. 74. l. 91. *ad* l. *Falcid.* l. 22. §. 2. *h. t.* Voet *ad* §. 9. *I. h. Bacchov.* V. 2. *D.* 14. *th.* 3. *lit. b. c. Scot. ff. h. Hub. præl. ad ff. h. n.* 17. unde prælegata,

donationes mortis causa supplebunt quartam Trebellianicam §. 9. *I. h. d.* l. 22. *&* *d.* l. 91. *Fach.* 5. *C.* 15. An etiam fructus per heredem interim percepti in quartam Trebellianicam imputabuntur? Resp. Ante aditam hereditatem percepti, extra dubium in quartam imputantur, quia hereditatem augent. Ideoque merito restituuntur quoniam hereditatis sunt: quod enim ante hereditatem aditam acquiritur, id hereditati adjicitur l. 38. *ff. de leg.* 2. *Carpz. p.* 1. *decis.* 21. *n.* 19. l. 20. §. 3. *ff. de petit hered.* Post aditam hereditatem percepti etiam quidem imputantur, sed cum distinctione, an sint percepti ab eo, qui pure rogatus est restituere, an vero ab eo, qui sub conditione vel in diem: hoc enim casu tantum imputandi veniunt, non eiam illo l. 22. §. 2. *h. Voet. ad* §. 9. *h. Struv. ff. h. th.* 31. Ratio diversitatis est, quod ea tantum imputentur, quæ capiuntur ex judicio testatoris *d.* §. 2. *si heres ff. h.* Pure autem rogatus non videtur capere ex judicio testatoris fructus, sed ex negligentia fideicommissarii: gravatus verò in diem vel sub conditione, ante ejus eventum ex judicio testatoris fructus percipit, qui vedetur voluisse, ut eos perciperet tempore intermedio, non gravando nisi post diem aut conditionem *Barthol. de Hucco f.* 439. *n.* 1. *Non obst.* l. 18. *h. t.* in cujus principio dicitur, fructus non restitui, nisi mora sit facta, aut specialiter heres rogatus eas restituere *Schot. Exam. ff.* & §. 2. *nihil* aliud restitui, quàm quod est hereditatis. Fructus autem postea percepti non hereditati, sed ipsis rebus accepto feruntur: nam aliud est restituere fructus, aliud imputare in quartam, ut expresse habet *d. l.* 18. §. 1. Quid si liberi primi gradus restitutionis onere sint gravati? Fructus interim perceptos lucrantur, & illos non computant in quartam *l. 6. C. h. t. Sand.* 4. *tit.* 7. *def.* 5. 6. *Barthol. de Hucio d. l. n.* 2. *Bachov. ad arrest. Popon. Lib.* 20. *tit.* 7. *arrest.* 1. 2. *& vol.* 2. *disp.* 14. *th.* 9. *lit. B. in d. l.* 6. Imper. decisionis istius extensionem prohibet ad alias personas: ut idem non obtineat in nepotibus restituere gravatis, quia favorabiliores sunt liberi primi gradus, quam ulterioris *arg. l.* 4. *ff. de hered. inst.* loquitur autem *d. l.* 6. de casu, quo restitutio facienda aliis liberis, ut possit videri ejus decisio non obtinere in casu, quo restitutio facienda est extraneis. Verum major ratio est, ut jussi restituere extraneis non imputent fructus, quàm jussi restituere aliis liberis. Facit. quòd prohibitio extensionis tantùm concernat liberos gravatos primi

primi gradus, quibus beneficium indulgetur, ut non teneantur fructus in quartam imputare, non etiam odium eorum, quibus restitutio facienda. *Voet d. l. ad* §. *9. n. 3.* Sunt etiam casus quibus Trebellianica non potest deduci: 1. In testamento militis *l. 17.* §. *f. l. 17. de l. falcid.* l. 7. *C. eod.* l. 1. §. 18. *ad SC. Trebel. Hub. in præl. ff. h. Struv. ff. h. th. 33.* Ob voluntatem testatoris expresse prohibentis *arg. Nov. 1. c. 2.* §. *2. vers. si verò expressim junct.* l. 3. §. 1. *h.* §. *5. l. de fideic. hered.* l. 3. §. 2. *de injust. rupt. irr.* l. 40. *ad* l. *Aquil.* l. 11. *C. ad L. Falcid. Carpz. 6. Resp. 25. n. 12. Gail. 2. O. 138. n. 15. Bach. v. 2. D. 14. th. 2. Lit. B.* 3. Cessat detractio hujus quartæ, si heres adire recusaverit, & coactus fuerit per fidei commissarium adire, quia cùm alieno periculo adiverit hereditatem, merito ab omni commodo arcendus l. 4. *h. t.* l. 6. §. 2. *eod.* §. *7. l. h.* Lauterb. p. 531. Quod non tantum procedit quoad heredem, sed & quoad fideicommissarium rogatùm restituere hereditatem *Zoes. ff. h. n. 93. Struv. d.* l. Alios & plures casus vid. apud *Hub. præl. ff. h. Voet. in Comm. ad h. t. Struv. h. Zoes. ff. h.*

CAP. IV.

DE QUARTA LEGITIMA.

SEquitur Legitima quæ portio hereditatis ab intestato debitæ l. 8. §. *6. ff. l. 31. C. h. de inoff. testam.* Et hæc interdum in jure dicitur quarta *l. 8.* §. *9. ff. l. 29. l. 36.* §. *1. C. h.* debitum naturale *d. l. 36.* §. 2. Falcidia l. *6. C.* ad *SC.* Trebell. Germanicè der Pflicht-Theil. dico *portio*: non *portio portionis*, ut alii: præterquam enim quod & hæc *portiò* sit, legitima in casu quo quis unicum ex. gr. filium relinquit, est portio *totius* hereditatis, at in casu tantum plurium liberorum legitima est portio *portionis hereditatis*, idque tantum resqectu liberorum singulorum, non universorum collectim sumtorum. Materialiter considerata originem trahit ex jure Naturali, unde in *l. 7.* §. *1. ff. unde lib.* & *l. 7. ff. de bon. damn.* dicitur, quod parentum hereditas liberis ex æquitate naturali debeatur. Parentes quidem non communis naturæ ordo, sed turbatus ad liberorum hereditatem vocat. *l. 15. pr. ff. de in off. testam.* & miserationis ratio admittit l. 7. §. 1. *unde lib. Nov. 1. præf.* §. *2. & c. 1.*

in f. C. 1. de testib. in 6to. Hoc ipso tamen arbitrium de rebus suis disponendi planè non tollitur, *iniquum enim est ingenuis hominibus non esse liberam rerum suarum administrationem* l. 2. *ff. si par. quis man.* l. 1. *C. de SS. Eccles.* Ne autem per liberum hoc arbitrium ratio pietatis plane negligeretur idcirco jus positivum certam determinavit portionem quæ liberis à perentibus necessariò est relinquenda, quæ portiò materialiter considerata, ut dictum, est juris Naturæ *d.* l. 36 §. 2. Quoad determinationem autem, sive formaliter, est juris Civilis, & ideo mutari potest. Quantitatem legitimæ lex Civilis definivit, ut legitima olim fuerit quarta §. *6. l. de inoff. testam.* hodie autem sit tertia vel dimidia pars hereditatis pro numero liberorum, juxta illud glossæ: *Quatuor aut infra dant Natis jura trientem: semissem verò dant Natis quinque vel ultra: Arbitrium sequitur substantia cætera patris Nov.* 18. *c.* 1. *Carpz. p.* 3. *decis.* 266. *n.* 2. dixi *legitima* quæ de jure *ff.* & Inst. quocunque titulo relinqui potest §. 6. 5. *de inoff. testam.* l. 8. §. 6 *ff. eod.* sic nec de jure *Cod.* ambigitur l. *omnimodo* 30. *C. de inoff. test.* An idem de jure *Nov.* dici possit? Quod puto per *Nov* 18. *c.* 1. *Auth. noviss. C. de inoff. test.* Verum abrogationem *d. Nov.* urgent. DD. communiter, moti *Nov.* 115. *C.* 3. in qua statuitur, liberos institui vel exheredari debere, usque adeò, ut non sufficiat per legatum vel fideicommissum, vel alium quemcunque modum ipsis debitam portionem relinquere. Resp. rectè debent heredes institui sed non expresè in legitima, quia ex uncia potest filius heres scribi, legitima verò alio titulo relinqui. fingamus casum, Titius filius meus esto heres ex unica: frater meus Mevius ex belle: Affinis meus Sejus ex quadrante: Cæterum præfato filio meo Titio legitimam delego. Ecce: quid obstat quominus legitima hoc casu titulo legati valide relinquatur? dicis: filius debuit heres institui. Resp. id jam factum esse hoc casu: ut vides. adeoque Sanctioni *Novellæ* 115. *jam satisfactum.* Consent. *Arum ad Instit. disp.* 10. *th.* 18. *Gudelin. de jur. Nov. l.* 2. *c.* 7. *n.* 4. *Excell. D. Pagenst. in Irner Inj. vap. p.* 2. *Coit.* 5. Diss. *Struv. Exerc.* 10. *th.* 30. *Lauterb. in Colleg.* §. 33. *ad tit. ff. de inoff. Testam.* Vinn. *in Comm. ad* §. 6. *I.* 4. *eod. n.* 2. *in f. Zoes. ff. eod. n.* 77. *Hub. in Præl. ad Inst. ad d. t, de inoff. test. n.* 9. *Schot. ff. eod. Berlich. p.* 3. *Conclus.* 15. *n.* 8. dicitur in definitone portio *hereditatis* hinc sequitur, patrem vivum à liberis nullo modo ad legitimam sibi præstandam posse compelli, quia viventis

nulla

nulla est hereditas *l. 1. de hered. vend. Lauterb. d. t.* §. 44. & ejus quod plane non est nec pars ulla neque effectus est, accedit textus in l. 1. §. 19. *de collat. ult.* expresse negatur Quartæ petitio nasci dum Pater vivit, quia filius vivo Patre nihil juris in legitima habet, sic nec illa ipsi debetur, sicut nec patronus in bonis liberti viventis quicquam juris habet l. 1. *ff. si quis à par. fuer. ma.* & pro hac est text. in l. 1. §. 21. *ff. de collat.* Nec *Obst.* l. 11. *de lib. & post.* quia imaginarie tantum & per quandam representationem filius pro domino habetur vivente patre: verè autem dominus non est paternorum bonorum, alias sequeretur, quod essent duo domini ejusdem rei in solidum quod est absurdum §. 2. *I. de hered. qual. & diff.* Quòd ergò, filius vivo patre existimatur dominus rerum paternarum, hoc verum intelligitur quoad dominium intellectuale, & interpretativum: quià cum lex interpretetur filium esse eandem personam cum patre, intellectualiter declaretur illum esse dominum & patrem: fingitur enim filiusfam. (jure Civili) vivente adhuc patre quasi dominus esse paternorum bonorum, sicque fictum habet dominium sive improprium, secus quoad dominium sive improprium, secus quoad dominium verum & effectuale quia dominium est quædam plenitudo, quæ non capit plures in solidum l. 5. §. 16. *ff. commod.* Nec ociosa est hæc investigatio, aut sine effectu: quia si filius haberet jus patre vivente, pater non posset de suis rebus disponere pro lubitu l. 5. *C. de reb. alie. non alien.* ubi verò filius nullum jus habet, permittitur patri pro sua voluntate disponere de bonis tanquam domino, moderatori & arbitro l. 14. *C. de contrah. emt. & vend. lim.* tamen in eo, si vivus & volens filio volenti eam assignavertt, arg. l. 35. §. 2. *C. de in off. test. 2. lin.* si pater immensam & immodicam donationem in filium fecerit, ut tempore mortis non tantum supersit, quantum ad legitimam reliquis liberis sufficiat, non mortis, sed donationis tempore inspecto, quo casu inofficiosa illa donatio revocari potest l. 5. *C. de in off. donat. Auth. Unde* C. *de in off. test.* 3. quando monasterium ingrediuntur Auth. *nunc autem C. de episcop. Nov. 5. c. 5. Auth. ingressi & Auth. si qua mulies C. de SS. Eccles.* Postremò, cum legitima sit portio *hereditatis*, sequitur, filium non posse legitimam agnoseere & repudiare cætera hereditatis, quia nemo hereditatem pro parte eam scindendo adire, nemo quasdam partes agnoscere, quasdam repudiare potest l. 1. & 2. *de Acquir. hered.* Debetur itaque legitima liberis parentibus,

certo

certo in casu etiàm fratribus, quibus inofficiosi testamenti querela datur. Contra æquitatem enim esse videtur, si fratribus turpis persona præferatur, adeoque jus Civile ipsis hoc in casu remedium concessit l. 27. *C. de in off. testam. Berlich. p. 3. Conclus.* 11. *n.* 12. Denique reliquenda legitima purè, & absque ullo gravamine *l.* 30. *C. de in off. testam. Gudel. de jur. Nov. l. 2. c. 7. n.* 10. *Schot. Exam. jurid. ff. ad t. de inoff. testam.* ut nec fideicommisso gravetur, nec conditione suspendatur nec moram ullam admittat. Quorum si quid adjectum fuerit, pro non adjecto habetur *l.* 32. *C. eod. Carpz. p. 3. cap. 12. d. 7. Vinn. l. 1. q. 22. Gail. l. 2. O. 119. n. 2. & seqq. Struv. Exercit. 10. th. 30. Lauterb. in Colleg. ff. tit. d. inoff. test. §. 47. in f.* ratio est, quia legitima non ex judicio testatoris, sed ex provisione legis debetur, nisi forte bona mente in favorem filii, dies vel conditio, veluti à matre in gratiam filiorum, ad posita fuerit *l. 2. 5. C. d. t. Carpz. p. 3. c. 9. d. 11. vid. l. 8. ff. si tabul. test nul. extab. l. 3. C. de instit. & substit.* nisi filius vel parens post mortem testatoris expresse hoc opproraverit *l. 35. §. 2. C. de in off. testam.* Deducitur legitima ex substantia h. e. ex patrimonio defuncti, ex omnibus corporibus, ex re hereditaria *d. l. 36. C. de in off. testam. Nov. 18. c. 1. Hub. in præl. Inst. ad tit. de in off. testam. Carpz. p. 2. decis. 174. n. 16. Cz. 2. p. 3. dec. 266. n. 4. Berlich. p. 3. conclus. 11. n. 15.* cujuscunque valoris fuerint *d. Auth. Novissime:* dummodo caveat judex ne eam assignet in omnibus rebus, quò communionem induceret matrem discordiæ *l. 77. §. 20. de leg. 2.* Hujus autem legitimæ computatio, cum instituitur, respiendum ad quantitatem hereditatis quæ tempore mortis in defuncti bonis fuit *l. 6. C. de in off. testam.* Conf. *l. 44. §. f. de bon. libert.* subducto ære alieno *l. 8. §. 9. ff. de in off. test. Carpz. p. 2. d. 175. n. 8. Bach. ad Treutl. v. 1. D. 13. th. 16.* item detractis bonis restitutioni subjectis l. 11. §. 5. *ad l. Falcid. Struv. Iurisp. Rom. Germ. l. 2. 7. 21. n. 9.* Tum quod liberi, & alii in ejusmodi bonis non succedunt, sed ea illis, quibus restitutio fieri mandata est restitui debent, *Auth. res quæ C. comm. de leg.* Tum, quia ejusmodi bona aliena dicuntur, & de substantia testatoris esse non censentur *d. auth. res quæ C.* legetima autem non nisi ex substantia testatoris debetur, uti dictum, Tum quia hæc bona nequidem ex causa alimentorum, alienari possunt *gl. in d. auth. res quæ C. comm. de Leg.* Causa autem alimentorum, & legitimæ æquiparantur *Pistor. quæst. 122. n. 130. post pr. n. 40. & seqq. p. art.* Tum, quia in legi-

legitimam non imputantur, ex iis nec legitima detrahitur, *Rosenth. de feud. c. 7. conclus.* 13. Imputantur autem legitimæ ea, quæ ex substantia defuncti profecta, & quidem vel per ultimam voluntatem, ut legata, fideicommissa donationis mortis causa, l. 8. l. 30. l. 36. *pr. C. de in off. testam.* vel per actum inter vivos, ut peculium profectitium, dos, donatio propter nuptias, l. 29. *C. eod. Struv. Exercit.* x. *th.* 35. Simplex donatio, quæ vivo donatore valuit, minime imputatur l. 35. §. 2. *C. eod.* quoniam simplex donatio, ut simplex, ideo imputari nequit, quod imputatio tolleret ejus conditionem, nempe nisi pater contemplatione legitimæ dederit *d. l.* 35. vel defunctus eam imputari voluerit l. 29. *C. eod. Gail.* 2. *O.* 38. *Sic nec* bona adventitia castrensia vel quasi imputantur *arg.* l. 36. *pr. C. d. t.* l. 1. §. 15. *ff. junct.* l. 20. l. *f. C. de collat.* Etiamsi hæc ex bonis patris provenerint. arg. *d.* l. 1. §. 15. l. 4. *C. de advocat.* 1. Quibus accensentur sumtus dignitatum & studiorum causa facti, qui merito non imputantur, quales sunt docturæ, Licentiæ, Magisterii, *arg.* l. 50. *fam. ersisc.* l. 1. §. 15. & §. 16. *d. coll. bon.* l. 3. §. *ult. ff. de muner. & honor. add.* l. 20. §. 6. *ff. fam. ercisc. Lauterb. comp. p. m.* 111. *Struv. Exercit.* x. *th.* 35. *Bach. ad Treutl.* v. 1. *disp.* 19. *thes.* 13. Quo æque referuntur sumptus ordinarii studiorum *d.* l. 50. Nisi aliud patris voluntas præse ferat, de qua si constiterit, & forte ob speciales rationes librorum filii nomine comparatorum quæstio inciderit, quoad æstimationem, tempus mortis non emtionis est respiciendum, quoniam legitima parente adhuc vivo in considerationem absolute non venit, nec debetur *arg.* l. 6. *C. d. t.* ibi: *quartam bonorum inspici tempore mortis.*

CAPUT V.

ANimus fuit etiam de reliquis Quartis agere sed propter instans iter id mihi nunc non permittitur. Est alia quarta ex tribus maribus in l. *p.* §. *sed ea omnia C. de adopt.* Est quarta fisci. l. *p. ff. de jur. fisc.* Est quarta filiæ parentis Majestatis damnati l. 8. *C. ad L. Iul. Majest.* Est quarta matris vel aviæ curialis l. 2. *C. quand. & quib. pars quart.* Est quarta filii superstitis, quando defunctus uxorem superstitem gravidam relinquit l. 3. *ff. si pars hered. pet.* &c.

Nunc Benevolum Lectorem obnixe rogo, velit tumultuaria hâc opella mea amice esse contentus. Exactiorem laborum meorum elaborationem promitto, ubi itineriis molestiis, quibus nunc totus distrahor, exantlatis, praxi forensi me tradidero. Temporis exiguitas nunc non sinebat gravioribus meditationibus ut me impedirem: hæc mihi obvia erant & quasi ante pedes.

COROLLARIA.

I. *Pater etiam dotare cogitur filiam divitem.*

II. *Qui virgini invitæ osculum fixerit injuriarum non tenetur.*

III. *Virginem vulneratam læsamve, quæ dotem formosa in fronte gessit, æstimare quoque frontis cicatrices posse? Affirm.*

IV. *Propter solam exosculationem uxoris domini, Vasalus aliquando feudum amittit.*

V. *Fœminæ in feudum* francum *non succedunt.*

VI. *Vasallus juramentum calumniæ si inter eum* & *Dominum causa agitetur non præstat.*

VII. *Legitimati per subsequens matrimonium in feudis succedunt.*

VIII. *Emphyteusis est contractus S. Iur.*

IX. *Fratres consanguinei cum germanis in feuda succedunt.*

X. *Fidejussor regulariter non obligatur ad usuras.*

XI. *An duo pluresve Rei promittendi, etiam quando expressa stipulatione non fidejusserunt pro se invicem, beneficium divisionis habeant? Affirm.*

XII. *Decretum in* Corpore *Iuris* Canonici *caret autoritate & vi Legum.*

FINIS.

Applausus Votivi

Nobilissimo & Consultissimo

D. D. CASP. GUILIELMO de FORELL.

Jurium Cultori indefesso inauguraliter in Lyceo Grunico more solito id est feliciter disputanti,

ab

AMICIS NONNULLIS

amice oblati.

SONETT.

DU tapfres Groningen / gib mehr her der Forellen /
Forellen lieb und werth dem werthen Vatterlandt /
Forellen aufgebracht durch meines Bruders handt /
Forellen fett gemacht bei lautren Themis-quellen /
Forellen da mit rhum die Nach-welt mög von gellen /
Forellen so die welt ein weinig ümgerannt /
Forellen zu der müh und arbeit angespannt /
Forellen die der kunst und Tugendt sich gesellen.
Forellen wie bekandt die halten sich gern auff
Da wo bei bergen sich eräugt ein wasser-lauff /
Die wöllen auff das best den Lecker-mäulchern schmäcken.
Mein wertheseer Forell / du hasts auch so gemacht:
Das rauh'und schwehrstes Thun hast du zuhr Lust geacht:
Ein Juffergen wirdt nun nach dir die finger lecken.

Commilitoni quondam suo honoratissimo & carissimo hisce paucis raptim sed toto corde applaudit

WERNER. JUSTIN. PAGENSTECHER.
J. U. D. & Profess. Ordin. Steinfurtensis.

An dem selben.

ES ist der Tugend bahn sehr schwer einhehr zu gehen
Sie führt durch rauhe weg / und spitse-dornen Strauch
Zu hohen Helicon, damit der selbe auch
Der Sie vordehm verehrt auff Rosen möge stehen.

Da theilt Sie aus den Preiss der herben Arbeits-stunden/
Die mancher zugebracht in stiller Einsahmkeit/
Wan andre hingelegt in Wollust ihre zeit/
Hat jener an stadt des/ den Büchern sich verbunden.
Nach dem nun *Wehrter* Freund Er niemahls hat geschonet
Der grossen Arbeits-Müh; gleich wie es dem gebührt
Der tapffer und mit frist der Themis waffen führt/
Er sehe doch nun an wie Sie den Fleiss belohnet
Mit Ehr und schönem Lob/ der nimmermehr vergehet
Drumb ruff ick billich zu auss einem frohen Geist
Der diesen kurtzen Wunsch mich einig sprechen heist:
Er werde mit der zeit je mehr und mehr erhöhet.

Dieses kleine Gedicht hatt seinem höchstgeschätzen Herren Bruder und Commensali Herren Caspar *Wilhelm* von Forell J. U. D aus schuldiger Pflicht geschrieben

G. KRUGER Regiomont: Pruss.
J. U. Stud.

Ad Eundem.

NUper tractabas, Themidis, Sponsalia, Sponsus;
Nunc Sponsam duces: Ergo Maritus eris.
Quod tunc Conjugium prædixi carmine vates,
Id nunc gratari carmine Musa parat.
Prô Themis! An necdum Sponsi & conventa Mariti
Discernenda putent Qui tua sacra colunt?

Ode Sapphica:

NUllus in Circo Pretium reportat,
Nî gravi currus agitet labore;
Nullus ex bello referet Triumphum
Absque cruore.

An Tagi fulvas potis est arenas
Institor quisquam *piger* obtinere?
Gloriam nemo sibi comparabit
Absque labore.

Ecquis in sacræ Themidis sacratam
Otio torpens penetrabit Ædem?
Ne quidem *tali* dabitur videre
Atria Divæ.

At *laboranti*, Pietate junctâ;
Eſt ad æternum decus ac honorem,
Copiam rerum, ſapientiæque
Trames apertus.

Hinc ſacrâ Lauru tua, Candidate,
Frons viret, quam mox Cypridis ſequetur
Myrtus; Hinc citra dubium dabuntur
Præmia plura.

Veſtra io! Muſæ, Charites, Puellæ,
Veſtra io! Affines, Patria & ſodales
Gaudiis, votis copulate noſtris
Gaudia, Vota.

Επιφόρημα ad Eundem.

Mox Tibi mergenda eſt Academica cura Falerno,
Dum nos TE cyathis ſex, * Aliorumque ſalutem
Sicuti verba ferent, multis paucisve bibemus
De ſeniore cado. Cur non & *Clunia* collo
Diluat in tubulo genitas, habito ordine, nubes?

Hiſce qualibuſcunque Nobiliſſimo atque Politiſſimo Viro juveni C. W. de FORELL *Commilitoni ſuo hactenus conjunctiſſimo, Amico nunquam reconciliato Fratri æſtimatiſſimo* Doctoratus in Utruque Jure *Dignitatem officiosè gratulari, proſpera quævis exanimo apprecari, honorem & amorem ſuum obnixè teſtari, memoriamque ſui modis omnibus commodare voluit, debuit*

ABR. ROEMER LL. Cult.
Aquis-granenſis.

* tot enim τὸ FORELL literas continet;
Digitum autem nos intendere in notum
Priſcorum morem, de quo inter alios Martialis
Lib. 1. *Epigr.* 72. & *lib.* 9. *Ep.* 94. monere ſupervacaneum eſt.

Ad Eundem.

Omnibus ad ſacram Themidis properantibus Ædem
Horrendum objicitur proprio, quod Marte domandum eſt
Monſtrum: ſed multos (: illi eſt inſcitia nomen:)
Aſpectus terret, ſunt quos ignavia vincit,
Arma aliis belli deſunt, ars bellica multis.
Sed TU Legiferæ, FORFL, cor curaque Divæ
Arte & Marte Tuis miſiſti ad Tartara monſtrum,
Unde TVO merito redimitus tempora lauru
A Fama monſtri ſuper Aſtra locabere VICTOR.

Hiſce Nobiliſſimo atque Doctiſſimo Viro Juveni Domino C. W. à Forell Amico ſuo integerrimo & Fratri conjunctiſſimo congratulari voluit, debuit.

J. F. SCHOTTEN LL. Cult. Caſſellanus.

F I N I S.